

H 1  
192

J.K.  
124  
16

PRÆMISSIS ISTIS  
DE THECOITIDE ABSOLONEM DEPRECATA  
VENERANDOS  
SCHOLÆ ANNÆBERGENSIS  
INSPECTORES

ET

QVICUNQUE ERGA LITERAS ELEGANTIORES REMQE NOSTRAM  
SCHOLASTICAM BENE AFFECTI HIC DEGVNT,

AD

ACTVM ORATORIO-DRAMATICVM LATINVM  
PROXIMO DIE VENERIS POST SUPPLICATIO NEM PVBLICAM  
HORA POMERIDIANA IV. HABENDVM,

IN QVO

ABSOLON EXVL INTERCESSIONE THECOINÆ  
PATRIÆ REDDITVS  
REPRÆSENTABITVR,

ET IN QVO

CHRISTIANVS ANDREAS SCHVBERTVS, Mittweydenſ. Prologi vices,  
CHRISTIANVS GOTTLLOB KVHNIVS, Cadicienſ. Davidis,  
JO. GOTTLIEB KVHNIVS, frater prioris, Absolonis,  
JOANNES SIGISMUNDVS BRVCKNERVS, Grunhaynenſ. Joabi,  
GOTTHELFF AVGVSTVS RICHTERVS, Altenbergens. Thamaris,  
CHRISTIANVS GOTTLIEB VIERTELIVS, Schwartzenberg. Ibecoiditid,  
JO. EHRENFRIED WALTHERVS, Elterlinenſ. Abifai,  
JO. ANDREAS DIETZIVS, Bärensteinenſ. Amafe.  
JO. CHRISTIANVS TILLINGIVS, Annabergens. Jofaphati.  
GEORGIVS FRIDERICVS MULLERVS, Frohnviens. Jefabea.  
GOTTLIEB RICHTERVS, Raschavienſ. Eleazaris.  
JO. CHRISTOPHORVS PFLVGBEILIVS, Mauersbergens. Samme.  
JO. CHRISTOPHORVS RICHTERVS, Sorenſ. Serja.

&

JO. FRIDERICVS SCHNEIDERVS, Neuauſ. Epilogus etiam futurus, Abitophelis  
PERSONAS SVSTINEBVNT,

OBSERVANTER, OFFICIOSE ET AMICE INVITAT

M. JO. FRIEDLIEB STVBELIVS,  
RECT.

ANNABERGÆ,  
TYPIS AVGVSTI VALENTINI FRISII.





Elm Absolonem Thecoinæ mulieris intercesione patriæ redditum non  
in Theatrum, sed in campum Oratorium præducere, & una cum reli-  
quis, qui in eo negotio versati sunt, iustis orationibus dicentem Anna-  
nabergensium nostrorum oculis sistere paro, ipsa hæc sapientissima  
& facundissima foemina mihi hoc indicaturo se sponte obtulit, suam-  
que operam ad corrogandos auditores polliceri vila est. Ut ergo  
hac ejus inferviendi Musis nostris promitudine, eamque nemini ne  
gratiam fore, existimo, quippe que Regibus quoque olim non inju-  
cunda protulit. Meum interim existimo, pauca hæc de ea præfari,  
ut sciat B. L. quacum ei sit negotium, & quo honore sit expicienda.

De peregrinis, unde sint, ante omnia quæri solet. Hoc ergo Lectuرس in ipso vesti-  
bulo docebo. Urbs, qua vel cunas ei, vel certe domicilium concessit, Thecoæ nomine, per-  
inde ut vicina solitudo, fuit insignita; a Kimchio, Judaico quadam doctore, tribui Aſſer ad-  
scripta, ab aliis, quibus locus Jerem. VI. 1. patrocinari videtur, in tribu Benjamin collocata,  
plurimorum vero lūffragis vindicata tribui Juda, quibus ut adjungam verba II. Paralip. XI. 6.  
occurrentia suadent, vel potius me cogunt. Quot leucia ab Aelia s. Hierosolyma abfuerit,  
in tanto scriptorum diffensu definire non audeo, quos tamen in eo video consentientes, vi-  
cianam ei fuisse Bethlehem, medio feri spatio ab ultrae urbe distantem, licet etiam de hujus  
situ multum disputerit. Autorem habuit Thecoæ, si quid recte conjicio, Ashurem, 1. Para-  
lip. II. 24. Patrem Thecoæ appellatum, Hebraeorum loquendi more, qui conditores ur-  
biuum & principes Patrum nomine dignantur. Huncque vocis significatum hic etiam reti-  
nendum, vel ex eo colligi potest, quod nec 1. Paralip. IV. 5. ubi series filiorum Pashuris texi-  
tur, quisquam Thecoæ nomine denotatus occurrat. Amplificatore vero načta est Rehabea-  
mum, qui, si non splendidis, non contempnendis tamen adīcīis eam intruxit, firmisque ope-  
ribus munivit. (v. 2. Paral. XI. 6.) In edito monte fuisse sitam, locus Jeremianum supra citata-  
tus testatur, latèisque pauciis gaviasam, inde fit credibile, quod paſtoribus perquam frequens  
fuit, & forte illis foliis olim habitata. Fuit etiam, memorante Kimchio, celebris ob oleum,  
cujuſ ſanta ibi copia fuit, tantaque prestantia, ut, quantum ad hoc, inter ceteras urbes Ifra-  
elis Alpha vocetur. Dedit præter nostram homines magna laude inſignes, inter quos Amos  
Propheta, qui ex paſtoribus Thecoah fuisse dicitur, (Amos I. 1.) ut & Hiches, pater Hirz, cui  
inter fortissimos Heroes Davidis locus est, (2. Sam. XXIII. 26.) eminent. Nunc ad ipsam  
Thecoitatem revertor, de cuius persona quod referam, vix habeo; cum præter patram lacra  
paginae nihil fere de ea commenoren, id tamen non reticentes, sapientem illam fuisse & elo-  
quio pollentem, quod patre ſua modo a nobis delineat̄ debuisse. Rabbini ſomniant, ob  
oleum nobilissimum ibi inventum. Ubi enim oleum haſcatur, ibidem & sapientiam inve-  
niri, & qui oleo operam dare ſoleant, illos etiam sapientiam præſtare, crediderunt, teſte R. Sa-  
lomone (ad h. 1.) Sunt etiam, qui montibus, quibus imposita fuit Thecoa, hanc mentis fa-  
gacitatem tribuunt, quod ſe, in montanis habitantes regionibus in plano & campo degen-  
tes longe ingenio ſuperare vulgo putantur. Sed diſcipuli profecto hujusmodi sapientia cau-  
ſas fingentes, & plane delirant. Non enim oleum reddit sapientes, non montes ardui tales  
gignunt, non aeris defecati clementia Sophos facit. Dei aspirante bonitate multis praecipiti,  
multo labore, multoque uſu acquiritur sapientia; & tali ratione etiam a Thecoitide compara-  
tam, qui ſana mentis eſt facile credit. Quale nomen habuerit, & cui nupta fuerit, ſcio cum  
ignarifimus; non vilem tamen fuisse & ex infinita plebe, ideo ſupicor, non quod sapientiam  
haud cadere in poſtrem fortis homines credam, ſed rem adeo arduam Joabus mulieri de fece  
vulgi credidisse non ſit putandas, quarens foemina prefantis animi, & que vultum Regis  
haud refugere, eumque alloqui non reveretur, quod ſolent ignobiles & plebejii, quorum ce-  
titibus nostram forte & hoc eximit, quod uestitus luctui accommodatus, & pro temporis &  
diurnitatibz ratione ſape non sine magno aris impendio apud Hebraeos mutandus, & ge-  
ſtuum morumque, quam exhibuit, elegantiā nobilioribus eam accenſet. Hinc vel cuidam ex  
ſeniorum civitatis ordine, vel locupletiori gregum multos in vicinia paſtores alenti Domino  
iunctam fuisse, haud temere conſicias. Niſi quis prophetiam egisse exinde ſuſtineat  
demonſtrare, quia eodem, quo Nathan, orationis genere fuit uſa. Vere Vidiām fuisse, si  
Sanctio credimus, multi Hebrei tradiderunt, affirmantes audacter, eam duo habuisse filios,  
vere rixatos in agro, & vere alterum ab altero occiſum: hincque nihil a foemina ſicut atque  
excogitatum, ſed veram historiam ad Abſolonis casum tantum accommodatam. At quis  
non videt eorum ineptias? Si marito, ſi altero filiorum orba fuſſet, cur Joab eam ſuborna-  
tam juſſilſet ſimulare modo luſtum, & gerere ueltes luſtui convenientes, & repræſentare ima-

ginem mulieris, quæ longo tempore in luctu vixerit propter mortuum? quid simulatione opus in re vera? & si fuit vulnerata vera filii cæde, si fuit anxia de alterius salute, cur dimissa a Rege, postquam Absolonem ab exilio afferuerat, filiorum suorum causa ne verbo quidem amplius mentionem facit? cur impetrata venia non gratias pro filio persolvit? Recte igitur cum Brentio statuimus, fictitiam caufam Regi ab ea propositam, haud absimilem ei, quam David in Absolone habebat: id quod ipsa quoque proficitur, dum ait, haec omnia Joabum suppeditasse. Certo igitur non constat, an vidua fieret, an mater, an uxor vivi mariti: hoc constat, provectioni eam jam ætate fuisse, certe ea, qua poslunt esse adultorum filiorum matres, & vidua maritos dudum lugentes; qualem substitutus Joba, ut fides fieret Regi, eam ope ipsum indigere, quam viduis promtam semper atque paratam noverat. Parum, certe non plus, quam prior, fidei meretus illa nonnullorum conjectura, qua vel avia vel proavia Vatis Amosi fuisse perhibetur, (v. Ravanelli Bibliothecam Sacram P. II. f. 1292 & Jo. Schützium Apparatu Nominum propriorum Tom: IV. p. 808.) & cuius non aliud habuere fundamentum, quam quod Amos ex eadem urbe oriundus fuerit, quasi patriæ communitas generis etiam communitatē possit inferre. Jo. Mathefius, Vallis Joachimicæ olim illufre decus, in Sarepta sua (c. p. 807.) eam consobrinam Davidis facit, ideo fortassis, quoniam David haud procul ab illis locis greges olim duxit & pavit; quod piæ viri simplicitati facile condonandum; hoc tamen, me non monente, quilibet intelligit, Regem hunc non potuisse familiæ sue fata ignorare, adeoque, si proprius cognitione illum attigisset Thecoina, frustra hanc de marito defunctu & defilio necato fabulam ab ea efficiat. Meritum ipsius quod concernit, illud Absolonis in patriam & in gratiam patris, non statim vero in aulam restitutione absolvitur. Cumque perquam sit notum illis, qui sacra oracula diligenter consulint, quomodo haec res gesta sit, in illa repetenda non ero prolixus. Novimus illam à Joabo Thecoa accessitam, & verbis ejus instruētam pulchre perorasse caufam, & obliqua oratione Absolonem deprecatam. Ita vero construxit orationem suam ingeniōsa mulier, ut primo parabolam de filiis suis proponeret eo affectu, quo verū lugentes solent. Deinde pro reo cardis filio exorata venia sermonem deflexit ad caufam Regis, eum admonens, ut, cum alienis miseriis afficiatur, suæ non oblitus, sibi ipsi domusque suæ calamitati pari & ino majori jure medeat, filiumque exulēm revocet. Quod ut ei plane persuadeat, de mortalitate hominum locum communem inspergit, quem verius ille Manilius complectitur:

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet;

Quo ipso permovere Davidem allaborat, ut sententiam mitiget, nec filium patriæ diutius invideat, aut supplicium ejus meditari perget, ne desit, cui posuit tradere imperium, si mors, quæ etiam Regum turres pulset, ipsum vivis eripiat. Porro Dei exemplum considerare Regem iubet, qui non delectetur morte hominum, sed vitam amet, cumque imaginem Dei referant principes in terris, æquum censem, ut & David legum & iustitiae rigorem temperet, & pœnis filio irrogandis moderetur. Et ne sola id optare et agere tam anxie videatur, populi ardentissima vota & desideria eodem collineantia allegat, & omnium dolore, quem lenire alio remedio non possit, quam si natura in spem regni revocare velit. Postremo Regi, fraudem Joabi non impian suboluit, ingenue fatetur, le mandata ab illo accepisse; & ita rea voti dimittitur. Verum quid pluribus rem decantatam persequor? Veniant audituri illam repetentem verba sua in hanc scholam nostram, & quid rei gesserit, plenissime ex ore ipsius cognoscant. Ipsi Vos, Inspectores schola Venerandi, & quicunque Musis nostris favetis, invitatum processit. Nolite preces ejus contempnere, qua Regem emollire olim potuerunt, & frequenter ad eas comparete. Dab. e Museo VI. Calend. Dec. M DCC XXIX.

Proximis abhinc mensibus Nostræ sequentia edidere specimenia eo dicentes ordine, quo  
sors eos dicere iussit; & quidem

Germ. sermone prosaico:

GHRISTIANUS ANDREAS SCHUBERTUS, Mittweidens. de laudibus Ill. Comitis à FLEMMING.

DIETERICUS SIGISMUNDUS EICHSFELDIUS, Kroegen. de summa piorum parentum in his terris felicitate.

CAROLUS GOTTLÖB SCHELLIUS, Alberrshaynen. de Tulipis.

JO. CHRISTPOH. RICHTERUS, Sorœns. de querelis divitis Epulonis inter cruciatus infernales.



FK III:192

x 3682805

Latino sermone prosaico:  
**JO. FRIDER. SCHNEIDERUS**, Neuhausenf. de Medicæ artis praefantia.

**BERNH. JOH. HEUBEL**, Norimbergens. de tenuissimis initisi mirisque incrementis Reip. Romanae.

**GOTTHELFF AUGUSTUS RICHTERUS**, Altenbergenf. de stupenda voracitate.

**GOTTLIEB RICHTER**, Raschavienf. de Elisabetha, Reg. Angl. multis præcis frustra expetita.

**JO. ANDR. DIEZE**, Bärensteinens. de Autægnisq; seu de animo sua sorte contento.

**JO. CHRISTOPH. PFLUGBEILIUS**, Mauersbergenf. de Hugone Grotio & Sam. Pufendorffio, Juris Naturæ & Gentium instauratoribus.

**JOH. GOTTLIEB KUHNIIUS**, Cadicienf. de coercenda Licentia.

Græco sermone prosaico:

**JO. CHRISTIANUS TILLINGIUS**, Annæbergenf. opinione Philophorum de Casu & Fortuna recensuit.

Latinis verbis:

**JO. SIGISM. BRUCKNERVS**, Johannem Baptistam laudavit.

**GEORG. FRIDER. MULLERUS**, Fronavienf. paraphrasin metricam Psalmi CIII, recitavit.

**JO. EHRENFRIED WALTHERUS**, Elterlinenf. in Hortulum docti cuiusdam viri lusit.

**CHRISTIANVS GOTTLIEB VIERTELIUS**, Schwartzberg. Mortem M. T. Ciceronis descripti.

Germanicis Verbis:

**DIEZIUS**, Nobiliss. Matronam Eym' Mariam Genfeliam, M. Jo. Christoph. Genfelius Archi-Diac. nostri optime Meriti Conjugem pie defunctam deploravit.

**JO. GEORG. HELBIGIUS**, Dörrenthalenf. Honestissimæ Foeminæ Johannaæ Susanne Zicklerie, Jo. Christ. Hubneri Prætoris nostri oppidani Filie parentavit.

**CHRISTIAN. GOTTLLOB KUHNIIUS**, Cadicienf. Partem priorem Threnorum Jeremie ejusmodi metris inclusam dedit.

Certa pensu ex Autoribus Clasificis & N. T. decerpta justa methodo pro cathedra inferiori explicantur

**BRUCKNERUS** nempe ex oper. & dieb. Hesiodi a vñ. 246--272.

**RICHTERUS**, Soren. partem cap. XXXII. Lib. I. Ciceronis de officiis, ubi agitur de certo vite genere eligendo.

**SCHUBERTUS**, ex I. Timoth. VI. a commate VI ad XI.

**VIERTELIUS** Epigramma LVI. Lib. I. Martialis.

**KUHNIIUS maj. 1.** Johannis V. comma VI. VII. IIX.

**KUHNIIUS min.** Cap. V. Libri I. Velleji Paterculi.

**TILLINGIUS** Aphorismum I. Hippocratis.

Idem ille cum **WALTHERO & BRUCKNERO** Discursum familiarem instituit publice de potionibus calidis.

WOTR

MC.

PRÆMISSIS ISTIS  
DE THECOITIDE ABSOLONEM DEPRECATA  
VENERANDOS  
SCHOLÆ ANNÆBERGENSIS  
INSPECTORES  
ET  
QVICVNQVE ERGA LITERAS ELEGANTIORES REMQE NOSTRAM  
SCHOLASTICAM BENE AFFECTI HIC DEGVNT,  
AD  
ACTVM ORATORIO-DRAMATICVM LATINV  
PROXIMO DIE VENERIS POST SUPPLIFICATIONEM PVBLICAM  
HORA POMERIDIANA IV. HABENDVM,  
IN QVO  
ABSOLON EXVL INTERCESSIONE THECOINÆ  
PATRIÆ REDDITVS  
REPRÆSENTABITVR,  
ET IN QV

RTVS, Mittweydenf. Prologivicer,  
S, Cadicienf. Davidis,  
Absolonis,  
ER VS, Grunhaynenf. Joabi,  
VS, Altenbergenf. Thamaris,  
LIVS, Schwartzenberg. Tbecoitiidit,  
linenf. Abisai,  
Amase.  
næbergenf. Josaphati.  
JS, Frohnavienf. Jesabæe.  
Eleasaris.  
VS, Mauersbergenf. Samme.  
Sorenf. Serije.

us. Epilogus etiam futurus, Abitophelis  
VNT,  
AMICE INVITAT  
TV BELIVS,

I FRISII.

THECA  
ANNA

